

Tempus

Centesimo enim die ante mortem suam cecidit fulmen ante ymaginem in foro et in nomine subscripto litteram primam abrasit. Nocte vero precedente diem mortis sue fenestre thalami eius cum tanto strepitu et impetu sunt aperte ut domum ruituram esumeret. Eodem vero die mortis sue cum ad capitolium iret pate sunt ei littere indices mortis sue imminens: quas si suam legisset morte euasisset.

Moralizatio.

Carissimi.

Sic e de nobis
et de deo ut mortem eternam

eodem tria signa nobis facit deus. Primum est deleno lre capitalis de nomine per istam lram que in principio nominis ponitur intelligitur abundantia diuinitatum: hoc enim est que facit homines habere nomen in terra. Nemo enim istis diebus nominatur in terra nisi habuerit diuinitas. Hoc patet. Nam si queraur quis sit melior ville vel ciuitatis: statim preponitur qui plures diuinitas habet: quis sit pessimus. Ecce quomodo diuinitas dant homini nomen quia si diues non esset non esset nominatus. Et quod aliquando diuinitas sunt occasio mortis et tunc: ideo deus dat primum signum quodalem vult saluare. et aufert primam lram nominis sui. s. diuinitas ab eo et facit eum pauperem. Et sic qui per diuinitas ab eo receperat per pauperitatem ad eum redeat. Secundum signum quod Julius cesar accepit e quod iuxta cameram suam fuit magnus strepitus. Hoc camera e corpus humanum: quia cum homo videt se esse pulchrum et fortem: statim cadit in peccatum: per quod mors eterna sibi preparatur. Et ideo volens eum deus a morte eterna reuocare facit secundum signum magni strepitum circa corpus suum

placandi

mittendo. s. talem et tantam infirmitatem et debilitatem quod ad mortem creditur ruere et cadere: ut sic qui per pulchritudinem et fortitudinem a deo recesserant per infirmitatem et debilitatem reuocentur et penitent. Ps. Multiplicate sunt infirmitates eorum. Exemplum de beato paulo dicente. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis. Tertium signum quod Julius cesar accepit fuit. quod littere indices mortis imminens sibi tradite fuerant: quas si legisset mortem euasisset. Hoc signum facit deus nobis peccatoribus: qui tunc dicitur tradere litteras indices mortis nostre: dum sua gratia conscientias nostras illuminat ut legere possimus peccata nostra quibus mortem eternam mereamur. Et ideo o diuinitatem et gratiam sancti spiritus habemus litteras istas legamus. s. peccata nostra referamus bono corde. et postea sacerdoti ore. ut sic legendo mortem eternam euadere valeamus. ne littere clausule. s. conscientie nostre non mundate post mortem nostram aperiantur. et manifestentur toti mundo.

Deus in hac vita placari potest
Capitulum. xxviiij.

Narratur quod antiquitus mos erat romanorum: quod quando castrum vel aliquam ciuitatem obsidebant vnam candulam in certa mensura accendebant. et quod diu candela ardebat parati erant omnes ad pacem recipere quantumcumque malefactor esset. Sed postquam consummata fuerat: omnes iusticie seueritatem exercebant in hostes suos: nec tamen alicui licet daret omnia bona sua misericordiam facere voluerunt.

Applicatio.